

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. V. Necesse est ut dolor sacramentalis aliquo modo referatur ad Confessionem, ac motalem cum ea habeat connexionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

nem, quam habet dolor cum valido Sacramento, quod confitens significat se velle suscipere; qua utique voluntas validi Sacramenti, si non explicita, saltem est implicita voluntas Contritionis, necessaria ad valorem Sacramenti.

Negamus itaque dolorem non posse significari per Confessionem nisi ut causa per suum effectum. Neque enim debet Confessio esse dolorosa per dolorem influentem, utpote qui fatus diu antea potui fuisse elicitus; sed per concomitantem, praeviuum, aut subsequentem, dummodo aliquo modo ad eam referatur, ac moralem cum eo habeat connexionem; ut edificero Conclusiones sequenti, his tamen praeformatas.

Primumquod in praxi valde sit periculosem, differere dolorem ad finem Confessionis; facile enim potest vel oblitio, vel distractio aliqua accidere, ob quam negligetur ille dolor, & fiat iritatum Sacramentum. Potest item contingere, ut Sacerdos, etiam distractus & oblitus horandi hominem ad eum dolorem, aut forte nequidem dans tempus pro illo, proferat statim verba Absolutionis; id quod maximè evenire potest, quando est magnus concursus penitentium, & Confessarii volumen se citò expedire. Unde omnino suadendum est, semper dolorem premittre, quidquid sit de valore Confessionis, quando tantum sequitur. Ita Arriaga supra n. 7.

Secundò, in praxi est valde periculosum, differere dolorem usque ad finem Absolutionis. Nam estò realis concomitantia sufficeret ad valorem Sacramenti (ut exigitat Petrus Marchantius tom. 1. Tribun. tract. 4. tit. 2. q. 8. concl. 2. quæ talis est: Omnis dolor & Contrito fave Attrito, excitata usque ad ultimum inflans pronunciationis verborum, Absolyo te, est sufficiens ad elevandam Confessionem, prius Confessario in hoc tribunal actualiter factam; ut fiat sacramentalis, & ut penitentis effectum Sacramenti consequatur) equidem cum non sit morale penitentia eam agnoscere; dum enim attendit ad tempus, quo verba proficiuntur, impeditur valde à dolore, qui requirit & attentionem & copatum magnum, facile praecedet Absolutio, fierique irritum Sacramentum.

Sed contrà, accusatio quæ talis (inquit Arriaga supra) debet omnino praecedere sententiam; jam autem dixi, Confessionem constituit in ratione accusationis per eum dolorem; debet etiam ea dispositio movere Iudicem ad dandam Absolutionem; ergo debet esse prior.

Hæc ille. Confirmatur ex judiciis humanis, in quibus accusatio semper tempore præcedit sententiam, non solum perfectam, sed etiam inchoatam.

Accedat argumentum Bonæ Spei. Cum Item Bonæ  
Spei.  
dolor sit pars materiæ, ad quam Absolutio

se habet per modum formæ, siquæ de ratione cauæ materialis, ut talis, formam suam præcedere, id in praxi tutum non puto, quia quod formam concomitant, non habet rationem cauæ materialis illius, ut patet in visione, quæ cum displicientia homicidium committi video, quæ hujus malitiæ non informatur, ut omnes sententia unde Absolutio illam ut materiam non informaret, nec proinde esset reconciliativa, ut patet, ergo &c. Hucusque Bonæ Spei disp. 5. n. 16.

Sed nunquid, interrogat quispiam, hoc argumentum apodicticum aut palmare? Non potest accidere, ob quam negligetur ille dolor, & fiat iritatum Sacramentum. Potest item contingere, ut Sacerdos, etiam distractus & oblitus horandi hominem ad eum dolorem, aut forte nequidem dans tempus pro illo, proferat statim verba Absolutionis; id quod maximè evenire potest, quando est magnus concursus penitentium, & Confessarii volumen se citò expedire. Unde omnino suadendum est, semper dolorem premittre, quidquid sit de valore Confessionis, quando tantum sequitur. Ita Arriaga supra n. 7.

Rejicitur  
argumen-  
tum Bonæ  
Spei.

Deinde: visio, quæ cum complacentia homicidium committi video, informatar hujus malitiæ? Si non, ut quid apponitur illa particula: Cum displicientia? Si informatur, aut faltem ipsa complacentia informatur, nunquid & hac concomitantia homicidium, quod committi video? Non est dubium. Quid ergo illa visio ad propositum? Neque enim excusat malitia homicidii, quia concomitans; sed, quia cum displicientia.

Interim existimo, ad minus dubium esse valorem Absolutionis, quam non præcedit, sed tantum concomitant dolor, & ideo in praxi omnino dissuadendam dilationem doloris usque ad finem Absolutionis.

Nunc videamus, an sit necessaria aliqua relatio doloris ad confessionem, & moralis latitudinem connexioni cum illa, ad hoc ut Sacramentum valeat. Hæc est communis sententia:

### CONCLUSIO V.

Necessæ est ut dolor sacramentalis aliquo modo referatur ad Confessionem, ac moralem cum ea habeat connexionem.

**S**Uarez disp. 20. sect. 4. n. 29. tres, vel (ut 108. alii placet) duos assignat modos hujus relationis. Quoties, inquit, quis peccata recognitat, & de iis dolet, ut ea confiteatur; vel quoties quis prebet signum sui doloris in ordine ad Confessionem faciendam, seu R. rr. Absolu-

498 *Disput. 7. De Sacramento Pœnitentie.*

Absolutionem obtinendam; ac denique quoties quis dolet de peccatis, cum expresso proposito illa confitendi, ex cuius virtute postea Confessionem facit. Et illico subjungit: Quilibet ex his modis sufficit ad veram accusacionem; aliqui vero hujusmodi relatio necessaria est, quia intentio Sacramenti, & partium ejus in ordine ad constitutionem illius, necessaria est ad Sacramentum confidendum. Hæc ille.

**Primum &**  
**tertium fuf-**  
**ficiunt.**

E quidem sufficere primum modum, nemo dubitat; ut & tertium, si verè distinctus est à primo, de quo dubitat Arriaga dis. 37. n. 16, sed res parvi est momenti, ideo non immoratur.

**109.**  
**De secundo**  
**disputatur.**

De secundo modo est tota disputatio inter Doctores. Ut autem res clarius proponatur; certum esse debet, dolorem sacramentalem posse tempore antecedere Confessionem, quamvis id non sit necessarium ex Conclusione præced. Neque dubitandum est, sepè contingere, ut in actuali Confessione ita homo attendat ad explicationem peccatorum, ut nullum tunc internum dolorem actu exerceat: Item potest accidere, ut dum Absolutione conceditur, nullus iteretur dolor, vel ob naturalem distinctionem, vel ob aliam causam. Sed nunquid talis Absolutio valida est?

Respondeo: indubie valida est, si dolor procedens moraliter conjungatur isti Confessioni, & virtute sua eam informet, ita ut ab illo dolore possit, & debeat dici Confessio dolorosa; alioquin non erit vera accusatio, & per consequens erit invalidum Sacramentum.

**Quid requi-**  
**zatur ad**  
**moisalem**  
**conjugatio-**  
**nem doloris**  
**prævii cum**  
**Confessio-**  
**ne?**

Et amabo, inquis, quid requiritur ad moisalem illam conjunctionem & informatiōnem? An forte necessarium est, ut ille dolor processerit ex intentione formalē vel virtuali confitendi, vel fulciendi Sacramentum Pœnitentie, quemadmodum ablutio v. g. ut sit vera materia Baptismi, debet procedere ex intentione formalē vel virtuali confidendi Sacramentum? Sic docet Bonacina de Pœnitentia dis. 5. qu. 3. p. 2. nu. 17. & alii non pauci; et siquiesce in praxi securius & consilendum.

**110.**  
**Sufficere 2.**  
**disput. 14. n. 37.** videlicet sufficere secundum modum lupr. à Suario assignatum. Et probat Lugo & probat 1. ex bat primò ex Concilio Trident. less. 14. c. 4. Conc. Trid. ubi de dolore in universum dicitur, preparare hominem, post Baptismum lapsum, ad recuperandam divinam gratiam, & remissiōnem peccati obtinendam, si cum fiducia divine misericordie, & voto praestandi reliqua, coniunctus sit, qua ad ritus suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Item additur: Attritionem, si voluntatem peccandi excludat cum sive venia, esse donum Dei, quo pœnitens, licet non extra Sacramentum, in Sacramento tamen Pos-

nitentiae ad Dei gratiam imperrandam dispo-nitur.

Quæ omnia verificantur in casu nostro; nam si Attrito habeatur ex metu gehenna, vel ex alio sufficienti motivo, & polle homo ad imperrandam Dei gratiam vel confiteri, & absolvatur, concurrunt omnia, que à Concilio petuntur, scilicet dolor de peccatis, votum praestandi omnia, qua requiruntur ad Sacramentum Pœnitentia (hoc enim votum continetur implicitè in qualibet Attritione, quatenus in ea includitur propositum fervandi omnia præcepta) rursus adeat actus excludens voluntatem peccandi, cum sive venia; ergo &c. Huculque Eminentissimus n. 38.

Sed displiceat Dicastilloni dis. 6. n. 173, ubi sic ait: Propositum servandi omnia præcepta, quod dicunt includi in Attritione, est actus ipse excludens voluntatem peccandi; ergo non est aliquid, quod iuritus adest.

Mera profectio cavillatio, orta ex malo intellectu illius particulae, Rursus. Non disputat hic Cardinalis, an præter Attritionem requiratur formale propositum non peccandi de cetero; sed an illa Attrito, que non procedit ex formali aut virtuali intentione confidendi, sit; aut saltem esse possit actus excludens voluntatem peccandi, cum sive venia. Unde ly Rursus, non est idem, quod ly Pratt, sed ponitur pro ly Item, seu, Secundo: nam duo assumperat ex Tridentino, & conatur ostendere, utrumque competere isti dolori, qui non procedit ex formali aut virtuali intentione confidendi.

Præterea arguit Dicastillo n. 173, Ex ipso Tridentino constat, illam Attritionem debet agere esse in Sacramento; alii enim: Ad Dicastilliam in Sacramento Pœnitentie imperrandam dicitur. Debet ergo Attrito esse in Sacramento maximè cum sit pars intrinsecè componen-tis & pars debet esse in toto. Adversarii vero contendunt, Attritionem non posse esse talen partem, nisi proveniat ex formali aut virtuali intentione confidendi. Probandum ergo contra ipsos, quod Attrito, non procedens ex intentione, possit esse pars: id tamen in verbis Tridentini non habetur.

Respondeo: ubi Concilium Trid. docet, quod Attrito sit pars intrinsecè componen-tis? Quando hoc probaverit nobis Dicastillo, tunc probabimus ei, quod Attrito, non procedens ex formali aut virtuali intentione confidendi, possit esse talis pars. Deinde quarto: rectè dicere: Attrito ad Dei gratiam in Sacramento Baptismi imperrandam disponi? Nemo dubitat. Num inde bene inferatur: ergo Attrito debet esse in Sacramento Baptismi? Constat quod non. Ergo ex illo loco Tridentini non constat, illam Attritionem debere esse in Sacramento. Quidni ergo sufficiat relatio consequens?

Hic

Hic videtur esse communis sensus fidelium qui si moveantur ad dolorem v. g. ex con*cione*, & postea ex desiderio venia cogitent de Confessione, & confiteantur, putant se optimè esse dispositos ad Absolutionem, tunc tamen dolor non processit ex desiderio Confessionis, nec ordinatus fuit ad illam relatione aliquā antecedente, sed consequentes quae, inquit Lugo supra n. 39. licet fuerit paulò post ipsum dolorem, hoc parum intercessit. Idem enim est, si tribus vel pluribus horis post dolorem homo recordaretur Confessionis, & eam procuraret; quia adhuc verum est, Confessionem illam fieri à p*enitenti*te, cum vero dolore, & dolorem significari per ipsam Confessionem (quod solum petiebat Suarez) ergo licet in ipso dolore homino non recordaretur Confessionis; poterit postea ut illo dolore ad obtainendum Absolutionem, sicut ad Baptismum. Hæc ille.

Sed neque hæc probatio placet Dicastillo-ni; quamvis admittat n. 175. totum, quod alium, & esse verum, & torum, quod inde inferi, esse verissimum. Nam, inquit, si dolor precedens excitat desiderium venia; & inde oritur voluntas procurandæ Confessionis ad destruendum peccatum; illa ipsa voluntas, & intentio destruendi peccatum per tale medium, involvit odium & detestationem peccati; ideo enim vult illud destruere, quia illud detestatur & odit, etiæque displaceat. Et infra: Sentiat ego communis sensus fidelium valere Confessionem, certè id non fieri, quin adhuc dolor seu displateantia, ut tunc aliquo modo præsens, & ordinata, & non solum ut precedens. Ita Di-castillo.

Vix autem scire, quid de hac re sentiat Hegesimus? Sic ait disp. 1. n. 20. Quod ad proximum atinet, non videtur sollicitè ambigendum de hac relatione, dum constat de dolore: quia etsi is postquam caput elici, referatur ad Sacramentum; tamen dum referatur, ordinariè sibi durat, aut renovatur, siveque quā continuatis, aut innovatis, satis referunt antecedenter ad Sacramentum; taceam, in dolore mortalibus non confessis, involvi necessario propositum hujus Sacramenti. Hæc ille.

Verum cùm dicat, *Ordinari*, queror ego, quid si extraordinariè nec duret, nec renoveret? Sufficere videtur (inquit idem Auctor n. 19.) quod dolor hic adhibeat, quantum satis est ad debitè instruendum Tribunal; quod sufficienter instrui appetat, si dolor adhuc, & Confessio sequatur, exinde omnino futura dolorosa sui accusatio. Ita ipse explicat sententiam Lugonis, continuò subiungens: Et confonare videtur sensus fidelium, qui omnino purant se sufficienter dispositos, si ex con*cione* dolorum de peccatis concipient, & inde incipiant ulterius cogitare de Confessione, ad quam tamen dolor iste non videtur antece-

denter fuisse relatus, sed consequenter. Nec credunt dispositionem suam contineri in subsequenti voluntate confitendi, sed potius in priori expresso dolore. Hucusque He-gesimus.

Illa ergo probatio Lugonis non est omni-no contempnenda; licet existimem, non esse omnimodam paritatem inter dolorem, qui requiritur ad effectum Baptismi, & dolorem, qui est quasi materia P*enitentia*, & requiri-tur ad valorem Sacramenti. Dico, *Omnimodam p*aritatem**; quia in hoc convenienter, quod neuter sit actio ministri, sed suscipiens Sa-cramentum; jam autem in ministro requiri-tur intentio actualis, aut saltem virtualis; in sus-cipiente autem Sacramentum sufficit intentio habitualis.

Et ideo non bene argumentantur Adver-sarii dicentes: *Ablutionem*, factam sine intentione formalí vel virtuali Sacramenti, non posset quis posteri referre ad confessionem Ba-ptismi, etiamsi formam legitimam, cum debita intentione proferret, & sic de materiis aliorum Sacramentorum; ergo nec materiali-Sacramenti P*enitentia*.

Non valet, inquam, hoc argumentum, praefertim in sententia Scoti, quæ docet, solum formam esse totam essentiam Sacramenti P*enitentia*; nimis enim manifesta est disparitas; nam ablutio, & similes materiae sunt partes essentialies & intrinsecè componentes; quid ergo mirum, si debeat à ministro ponи cædem intentione, quā totum Sacramentum? At vero dolor seu Contritio solummodo est ma-teria extrinseca, & non vera pars essentialis; sed tantum conditio sine qua non, seu quid-piam prærequisitum ad valorem Sacramenti; nil ergo mirandum, si ex parte suscipiens Sacramentum, sufficiat intentio consequens.

Ex quo corruit responso Dicastillonis su-pra n. 184. Quamvis, inquit, p*enitentia* non evasit Dicasterius minister Christi, qui dicitur liberare & absolvire nomine Christi à peccatis, operatur nihilominus aliiquid essentiali Sacra-menti, & talis operatio est sacramentali pars. Unde si Ordinatio Sacerdotis fiat more latino, per traditionem materiae, & acceptationem ejusdem, tunc sicut traditio ab ordinante debet fieri ex intentione formalí vel virtuali ante-cedente, sic etiam acceptio seu acceptatio debet tali intentione fieri à suscipiente, alioquin non fieri Sacramentum. Nec assignabis mihi aliud aliud Sacramentum, in quo ad illius essentiam constitutandam requiratur actio (sive talis actio proveniat à ministro, sive à susci-piente) & non etiam requiratur intentio, ex qua talis actio procedat. Hucusque Dica-stillo.

Sed, sicut dixi, corruit hæc doctrina, si vera est sententia Scoti, videlicet dolorem non esse partem sacramentalem.

Rer. 2. Deinde

115. Non est omnimoda pars inter dolorem baptismi & pan-tientiam,

116. Evasit Dicasterius minister Christi, qui dicitur liberare & absolvire nomine Christi à peccatis, operatur nihilominus aliiquid essentiali Sacra-menti, & talis operatio est sacramentali pars. Unde si Ordinatio Sacerdotis fiat more latino, per

117.  
Non rati-  
nali ali-  
mento in  
faciente  
Ordinatio-  
nem more  
Latino,  
quid more  
Greco.  
Sufficit ha-  
bitualis.

Deinde quod attinet ad Ordinationem Sa-  
cerdotis, arbitror, non aliam intentionem  
requiri in suscipiente illud Sacramentum more  
Latino, per porrectam (ut ait Florent. in De-  
creto Eugenii) calix cum vino, & patena cum  
pane, quam dum confertur more Greco, per  
manuum impositionem, ut puta intentionem  
sacramentum habitualis suscipiendo Sacramentum,  
similem illi, que requiritur in adulto ad validi-  
dam susceptionem Baptismi, Confirmationis,  
& aliorum Sacramentorum.

Contrarium afferit Dicastillo supr. n. 185,  
ibid.: Si quando quis ordinatur Sacerdos La-  
tino more, tangendo & acceptando externâ  
actione materiam, si ille tactus & acceptio,  
quam ex parte sua praefat, fieret absque ulla  
explicita vel implicita intentione, ordinandi  
illam actionem ad Sacramentum, quamvis  
alioquin haberet voluntatem accipendi effe-  
ctum gratiae, potestatis, & characteris, non ficeret  
Sacramentum, ex defectu intentionis re-  
quisita in actione illa. Ita hic Auctor.

118.  
Contactus  
physicus  
instrumento-  
rum pro-  
babiliter  
non est ac-  
tus factu-  
mentalium.

Contrarium afferit Dicastillo supr. n. 185,  
ibid.: Si quando quis ordinatur Sacerdos La-  
tino more, tangendo & acceptando externâ  
actione materiam, si ille tactus & acceptio,  
quam ex parte sua praefat, fieret absque ulla  
explicita vel implicita intentione, ordinandi  
illam actionem ad Sacramentum, quamvis  
alioquin haberet voluntatem accipendi effe-  
ctum gratiae, potestatis, & characteris, non ficeret  
Sacramentum, ex defectu intentionis re-  
quisita in actione illa. Ita hic Auctor.

Infans po-  
test valide  
ordinari.

Sed contra; probabiliter, ut dicimus pro-  
prio loco, contactus physicus instrumento-  
rum non est actio sacramentalis; qui sine illo  
valeret Sacramentum; nam Concilium Flo-  
rentinum pro materia Ordinationis statuit por-  
rectionem calcis cum vino &c. Haec autem  
quanta quanta est, tenet se ex parte solius  
Episcopi; si ergo requiritur contactus physicus  
rei porrectae (sicuti revera requiritur, sal-  
tem ex precepto Ecclesiae) non ob alias cau-  
sam, quam ut suscipiens aliquo signo externo  
significet, se acceptare potestatem, quam Epis-  
copus per illam porrectionem intendit ipsi  
conferre. Porro quod non sufficiat acceptatio  
interna ad valorem Sacramenti, unde con-  
stat?

Et verò infans nonne potest validè ordina-  
ri, estò sit incapax acceptationis internæ? Puta-  
tas autem, voluisse Christum instituire in hoc

Sacramento aliquam actionem sacramentalem

non humanam, ut esset contactus physicus

pueri. Sanè in nullo alio Sacramento talis actio

invenitur instituta.

Sacramen-  
tum haber-  
e calidem par-  
tes essen-  
tiales rei  
pectu pueri,  
& adulti.

Si autem in puer contactus physicus in-  
strumentorum non est actio sacramentalis, ne-  
que erit in adulto; quippe Sacramentum semper  
per & ubique debet habere suas partes essen-  
tiales, cum nihil aliud sit, quam sua partes  
essentiales; nec uspiam Ecclesia significat, ali-  
quod Sacramentum, quodcumque tandem sit,  
habere alias partes essentiales, id est, habere  
aliam materiam & formam respectu pueri,  
quam respectu adulti; sola inter ipsos differen-  
tia est, quod Sacraenta non valeant adul-  
tis, nisi ipsis consentientibus, saltem impli-  
citate & habitualiter; parvulus autem valeant  
absque ullo consensu.

Neque hæc differentia fundatur in natura  
rei, sed in sola voluntate; in tantum, ut, si

Deus voluisse, poruisse adulstis non con-  
sentientibus, immo perficie invitus, non tan-  
tum conferre gratiam, sed etiam omnem po-  
testatem, quam de facto conserit per Sacra-  
menta consentientibus.

Nonne potestas validè baptizandi conserit  
a Christo omni homini viatori? Et quis ei, ut  
qui requirat consensum recipientis? An non  
validè conserfatur potestas jurisdictionis ad ab-  
solvendam à peccatis invito Sacerdoti, ita ut  
ea possit uti, si velit? Similiter potestas ab-  
solvendi à censuris? Cur ergo Christus, si  
voluisse, non potuisse invito conserfate Po-  
testatem Ordinis & Characteris? Potuisse  
omnino. Cur autem noluerit, penes ipsum  
est.

Quidquid ergo sit de Sacramento Ordinatio-  
nis, & gratis admisso, quod contactus physicus  
sit actio sacramentalis, tanquam complementum  
actionis ministri Ordinantis (sicuti abluto pa-  
tiva est complementum ablutionis actus) adeoque fieri debeat ex intentione ordinan-  
ti talem actionem ad Sacramentum: nunquid  
evidenter inde sequitur; ergo etiam dolor seu  
Contritio sacramentalis debet antecedenter  
ordinari ad Sacramentum Pénitentie?

Minime; quoniam dolor non est comple-  
mentum actionis ministri, sed aliquid ellen-  
tialiter prærequisitum ad actionem ministri,  
sicuti benedictio Christi est actio, ellen-  
tialiter prærequisita ad actionem Episcopi  
conficiens Sacramentum Confirmationis, &  
confessio panis actio ellenitaliter prærequi-  
sita ad actionem Sacerdotis, confessio Eu-  
charistiam; cum hac differentia, quod due  
ultimæ actiones non necessariò proveniant ab  
ipso suscipiente, secus dolor seu Contritio.

Veluti ergo benedictio Christi, aut

confessio panis, non debet fieri ex intentione

ordinandi talem actionem ad Sacramentum;

sed sufficit, ut Uox cum Chrismate, aut

Confessio panis fiat ex illa intentione sic

pati ratione non requiritur, ut dolor fixus

intentione Sacramenti; sed sufficit, ut sic

fiat Absolutio.

Si inferas: ergo nulla requiritur relatio

doloris ad Confessionem, nequidem suble-  
orans, quia nulla talis relatio requiritur ad

benedictionem Christi, aut confessionem

panis, ut Christi, aut panis sit materia ellen-

taliter Sacramenti.

Repl. neg. Conf. Rationem disparitatis do-  
cet quia panis est res permanens, & existens phys-  
icè tempore Consecrationis, similiter Chri-  
stma benedictum; dolor autem est actus trans-  
iens, qui sepius non existit physicè, quando  
fit Confessio, aut datur Absolutio. Cum  
autem sit pars materialis proxima, itaque ne-  
cessaria, ut narratio peccatorum sit vera & fa-  
cumentalis Confessio, omnino oportet, ut  
saltem moraliter sit præsens, ac moralem

cum

cum ea habeat connexionem; quod fieri non posset, nisi aliquo modo ad eam referatur; falso relatione consequente, id est, ut Confessio procedat ex ipso dolore, in ordine ad Absolutionem obtainendam.

124. Immo hic modus procedendi à dolore ad Confessionem, videtur Aliquis magis conaturalis, quam è converto: sic enim in iudicio humano, ex displicencia delicti oritur accusatio, & non è contrà, ex accusatione displicencia. Certum quoque est, quod magis moveat ad ventiam impetrandam, dolor, qui procedit ex solo odio delicti, quam qui oriuntur ex motivo venia: tanto quippe purior est dolor, quanto magis spectat offenditam Dei; que puritas non habet, quando imperatur excedens Sacramenti, cùm jam Sacramentum habeat pro motivo, saltem extrinsecum.

Sed quicquid sit de hoc modo procedendi, sive dixeris magis connaturalis sive minùs connaturalis, ab hoc non pender veritas Confessionis. Et reverà iudico cum Dicatholone supra n. 180. modum procedendi ex intentione finis, id est, Absolutionis à peccatis, ad misericordiam, id est, ad dolorem & Confessionem, si non magis, saltem non minus esse connaturalis.

Neque concludit argumentum à iudicio humano, in quo non est idem accusator & reus; adeoque non mirum, si accusatio non proveniat ex intentione Absolutionis; sed potius ex displicencia delicti, cuius punitionem intendit accusator; præterim cùm accusatio vera fore, et si procederet tantum ex odio ipsius personæ, & non ipsius delicti. Sin autem displicencia delicti in iudicio humano fore medium necessarium ad obtainendam sententiam, ut sit medium necessarium ad Absolutionem sacramentalem, dico, quod tunc valde connaturaliter ex intentione lentezi, tanquam finis, procederetur ad displicientiam peccati, tanquam medium.

Igitur connaturalitas modi procedendi à dolore ad Confessionem, valde patrum probat; nam cùm non obstante, potius Christus requiri dolore, procedentem ab intentione Absolutionis; an autem requisiverit, hoc est, quod queritur.

Porro non requisivisse, probant Aliqui exemplo Satisfactio sacramentalis, quæ talis est sine expressa ordinatione ad Sacramentum. Siquidem, ut multi docent, non debet fieri opus impositum quæ tale, id est, quæ præceptum vel impositum à Confessario; sed sufficit libera impletio operis injuncti quoad substantiam, sicut in aliis præceptis.

Et quamvis in ea requireretur expressa iustificandi intentio, ratio, inquit Herinex supra, specialis esset, quod Satisfactio sacramentalis habeat proprium & speciale effectum sacramentalem, scilicet deletionem peccati. Deinde

dolor sic elicitus, sufficienter elevatur per instrumentum, ut sit pars Sacramenti; ex parte autem penitentis seu suscipiente, sufficiente videtur intentio interpretativa, sicut in suscipiente alia Sacra, & in moribundo, qui absolvitur ob vitam Christianè transactam, quæ tantum est interpretativa Confessio. Censetur autem in tali dolore esse interpretativa quædam relatio ad Absolutionem sacramentalem, quando non excluditur. Quare hec doctrina videtur satis fundata. Hactenus Herinex.

Sed quantum ad Satisfactionem sacramentalem, non est planè tertium, quod valeat absque expressa intentione satisfaciendi. Atque actionem & dolorem,

125. Dicatum inter Satisfactionem & dolorem, et quod Satisfactione sit pars integralis subsequens, essentiam Sacramenti in facto esse; qua proinde sufficienter elevatur ad causandum effectum sacramentalem, per præceptum Confessarii, & formam Absolutionis; id est, per ipsam essentiam Sacramenti, quam sequitur. Porro Contritio est pars quasi essentialis, præcedens essentiam in facto esse, adeoque non videtur sufficienter posse elevari per instrumentum, ut sit pars Sacramenti; nam minister non agit, nisi per formam Absolutionis, hæc autem præsupponit dolorem; tanquam partem Sacramenti, eo modo quo pars est; sicut præsupponit Confessionem in ratione partis, & non facit eam partem, nisi simili modo, quo forma Baptismi facta est elevat ablationem, ut sit pars Sacramenti Baptismi. Putas autem, quia narratio peccatorum sine ordine ad Absolutionem, sufficienter elevatur per instrumentum, ut sit pars Sacramenti?

Quod additur de intentione interpretativa, 126. incertum est, an hæc sufficiat in suscipiente illa Sacramenta, & probabilis non sufficit ut videat poteris disp. 1. sect. 8. concl. 2. cùm in aliis Sacramenta præsertim quando potest haberi intentio magis expresa. Atque ut semper sufficeret in illo, qui merè sibi ipit Sacramentum, sive merè passivè se haberet in susceptione Sacramenti; unde constat, quod etiam sufficiat in illo, qui ex parte sua debet concurrere aliquo modo activè ad collationem Sacramenti?

Quantum ad vitam Christianè transactam, vita Christi illa potius vocanda est Confessio explicita, sicut transacta potius est votanda sed tunc solum, quando expressa Confessio est Confessio impossibilis; ergo ad summum inde sequetur, quod sufficit dolor sic elicitus, quando præterita. alius dolor est impossibilis, v. g. in moribundo.

Deinde argumentor sic: ut narratio peccatorum sit vera Confessio, sufficiens ad validam Objicit sibi Absolutionem, procedere debet ex intentione Absolutionis, etiam cùm primum incipit; alioquin, uno saltem verbo, circa finem Confessio est repetenda; ergo similiter dolor.

Negatur, inquis, Consequens; & ratio  
disparitatis affligatur, quod Confessio debeat  
esse judicaria. Sed contra; eodem modo di-  
cam, quod dolor debeat esse judicarius,  
cum æquè essentialiter requiratur ad judicium  
Sacramentale, atque Confessio.

128. Hinc melior disparitas est, quod nar-  
ratio peccatorum ex se nullum habeat ordinem  
& respon-  
det, affig-  
nando dif-  
paritatem  
inter nar-  
rationem pec-  
catorum, &  
dolorum,

at relatione extrinsecā ipsius pénitentis. At  
verò dolor de peccatis, de se sufficiens, usit  
pars Sacramenti, excludere debet voluntate  
tem peccandi, cum sp̄ venia; ac proinde ex  
natura sua ordinatur ad remissionem peccato-  
rum obtinendam, seu in iudicio, seu extra  
iudicium; cum ergo in iudicio non possit ob-  
tineri illa remissio absque Confessione, &  
Absolutione, omnis talis dolor implicitè in-  
cludit propositum Confessionis, & Absolu-  
tionis.

Quod maximè verum est, quando peccata  
sunt mortalia, nondum per Confessionem re-  
misita, respectu quorum Sacramentum Pénitentia-  
le est omnino necessarium in re, aut saltem  
in ioto. Sin autem fuerint peccata venialia,  
vel alijs remisa per Absolutionem, licet res-  
pectu eorum Sacramentum non sit omnino ne-  
cessarium, est tamen valde utile, & remedium  
certius; quod proinde censetur pénitens velle  
(licet ægrotus censetur velle medicinam tutio-  
rem) nisi positivè illud excludat. Nihil autem  
simile reperitur in nuda narratione peccato-  
rum, quæ prōindè, ut supr̄a dixi, debet  
fieri ex intentione, saltem habituali, obtinendi  
Absolutionem.

129. Et eadem intentione necessaria est à primo  
Inten-  
tio-  
nem, fal-  
habituali,  
debet dura-  
re à primo  
verbō es-  
sentiali ab-  
solu-  
tionis, us-  
que ad ulti-  
mum.

verbo essentiali Absolutionis, usque ad ultimi-  
num; quemadmodum in Baptismo ( & idem  
est de alijs Sacramentis, excepto Matrimonio )  
non sufficit habere intentionem tempore ablu-  
tionis, vel tempore, quo proferuntur hac  
verba: *Ego te baptizo*, sed necessaria est pro toto  
tempore, quo durat materia essentialis, &  
forma essentialis, sicut in ministro intentione fa-  
ciendi, quod facit Ecclesia, ita in sufficiente  
intentione sufficiendi, quod minister vult  
conferre. Ratio est; quia qui conferatur Deo,  
non debet invitus conferari; neque minister  
confetur invito velle conferre aliquam potesta-  
tem. Hac autem ratio non militat pro illo  
tempore, quo elicetur, vel durat Contritio;  
quia per illam non conferatur pénitens à mi-  
nistro, nec accipit aliquam potestatem, sed  
disponit se ad consecrationem seu reconcilia-  
tionem.

Excepi Matrimonium; quia in contractibus  
humanis, qualis est Matrimonium, sufficit  
voluntas moraliter permanens; neque forma  
ipius sonat aliquam benedictionem vel conse-  
crationem; nec requirit verba realia, aut for-  
malia, sed sufficiunt verba virtutalia; unde

signum externum consensus, semel exhibitum;  
acceptari potest, tametsi physice amplius non  
existat.

Quia cùm ita sint, liquet profecto, aliquo  
saltem modo Contritionem referendam esse ad Confessionem, ut & ipsa, & Confessio, sint  
quasi materia huius Sacramenti. Tali, inquam,  
modo, ut Confessio dici possit accusatio do-  
lorola, ad quam denominationem videtur  
necessaria moralis quædam conexio.

Satis alitem conjunguntur moraliter, iure  
Lugonem disp. 14. n. 50. si intr̄ debitum  
tempus, dolor præcedens significatur per sub-  
sequenter Confessionem; sicut etiam in iudi-  
cio humano, si aliquis ex odio precedenti fe-  
lerum, & ex desiderio remedi, moveatur pro  
stea ad accusandos sceleratos, sufficiens con-  
jungitur accumulatio cum odio precedenti, in  
ordine ad accusationem dolorolam. Hec ille.  
Verum quod sit illud tempus debitum non spe-  
cificat, cùm tamen illa specificatio sit valde  
necessaria pro praxi:

Petrus Marchantius Traet. 4. Tribun. Sa-  
cram. tit. 2. q. 8. concl. 3. sic scribit: Non  
est necesse, quod Contritio sive dolor & de-  
testatio peccatorum formaliter daret tempo-  
re Confessionis, & Absolutionis; sed sufficit,  
ut virtualiter permanere & durare confetur in  
ordine ad Confessionem, & Absolutionem.  
Explicit: Joannes aliquo tempore, ut para-  
nit altera hora antequam ad Confessionem ac-  
cederet, se preparavit per examen conscientia  
& dolorem, et intentione, ut ad hoc tribunal  
& Sacramentum accederet: non est necesse, ut  
iterum formaliter in se excite illum dolorum  
accidet; sed sufficit, ut nullum contri-  
rium actum exercuerit; qualis includere novum  
peccatum mortale; aut mutatio prioris  
intentionis.

Quantum autem temporis possit intercedere  
inter dolorem sive detestationem peccatorum  
& actualem Confessionem, ad hoc ut virtualiter  
confetur permanere; prudenti, ait, judicii  
moralis astimandum esse, & ex moralibus cir-  
cumstantiis. Explicit: Joannes sub noctem, an-  
tequam se quieti tradat, examinat con-  
scientiam, & excitat in se debitum dolorem pecca-  
torum et intentione, ut citè mediâ nocte, aut  
summo mane surget, & occurrenti Sacerdoti  
confiteri possit: ubi manè confetur, confetur  
( si nocte mentem non mutaverit ) præcedens  
illa detestatio & Contritio, virtualiter in Con-  
fessione permanere, quia in ordine ad illam est  
excitata, & alijs supponit voluntas integra  
permanens. Similiter manè quis se per examen  
& detestationem peccatorum preparavit ad hoc  
Sacramentum, interim non potest habere  
locum, vel alijs occupationibus impeditur, ita  
ut non possit ante undecimam, sive non nisi  
circa meridiem confiteri: ubi runc confiterit  
( si interim, ut supr̄a dixi, mentem non muta-  
verit,

verit, nec in alia mortalia est lapsus) censetur detestatio, & Contritio manè excita virute permanere eādem ratione quā suprà. Huc aliquae Marchantius.

Et paucis interjectis, alias duos casus affigunt dicens: Joannes ut Confessionem generalē faceret, examine conscientia factō, elicitū Contraffitio sive Attritionis supernaturalis, interim ob causas, plures dies infumti de iudicio Confessorii, singulis diebus Confessionem prolegendō; antequam illam compleat, & Absolutio ei impendatur; etiam si in illa Confessione octo dies impenderet, prima Contritio censetur perdurare virtute, si illam non revocaverit. Ratio est; quia actus aliqui perseverant.

Similiter Petrus volens Jubilatum lucrari, antequam opera & jejuniti per hebdomadam perficiat, examinat conscientiam, & Contritionem elicit, cum intentione ut in Sabbatho vel Dominicā, quando communicatur eis Confessionem faciat; interim per hebdomadā templū visitat, jejunat, operibus requisitis vacat: ratione horum opérum, que sunt prioris intentionis moralia signa, censetur detestatio peccati, in ordine ad propositam Confessionem in Sabbatho vel Dominicā facientem, perdurare. Hac ille.

Quaris autem, quando censetur nimis intercedo temporis, ut prior detestatio non videatur dicere ordinem ad Confessionem subsequenter? Respondet iudicem Autor: Quādo morali estimatione nil remanet prioris intentionis, in cuius virtute censetur quis agere, upone quando animus omnino à priori intentione fuit distractus, & aliis mancipatus, nec revera ulla manserit in eo signum ad Confessionem subsequenterem.

Explicat: Joannes aliquo pio motu ductus, examinat conscientiam suam, & detestatur peccata, proponens primā opportunitatem confiteri; interim communiter, absque alio speciali conatu, ad alia convertitur, & ei opportunitas contingit post plures dies; illa detestatio præcedens, non videtur sufficiens sufficere ad sequentem Confessionem post plures dies factam; quia nullus est virtualis motus, moraliter in Joanne in ordine ad illam Confessionem permanens, sed tantum per accidens; qui enim opportunitas in singulari proposita non fuit, sed tantum in genere, illa ei contingere per accidentem censetur, & non ex propposito, sicut contingere solet eis, qui in Contritione votum sive propositum haberunt, tempus auctem non determinarunt; si post plures dies occasio confundi occurrat, Contritionem aliquo actu renovare tenentur. Haec tamen Marchantius.

Sed contraria: quid si eodem die occasio confundi occurrat? Quid si sequenti die, dummodo interint communiter, absque alio spe-

ciali conatu ad alia convertantur, nonne Contritionem aliquo actu renovare tenentur? Cū enim opportunitas in singulari proposita non fuerit, sed tantum in genere, illa eis per accidens contingere censetur, & non ex propposito.

Præterea si Joannes sub nocte cā intentione se quieti tradat, ut summo manè surget, & offerat Sacrificium Missæ, nup ubi manè celebrat Missam, censetur ( si nocte mentem non mutaverit ) præcedens illa intentione virtualiter in Sacrificio permanere, ita ut valeat Sacrificium absque nova intentione?

Quidquid ergo sit de illa permanentia virtuali doloris, dico, sufficere ad moralem connectionem, de qua in Conclusionē, permanentiam habitualē doloris, sive dolorem habitualiter permanentem, id est, dolorem præteritum non retrahat vel expellit, vel faltem implicitē per novum peccatum mortale. Ita docet de Scildere in Synopsi Theologica de Sacramentis §. 54. ibi: Elici potest ( dolor sacramentalis ) tempore quovis antecedente Absolutionem, dummodo non retrahetur: & licet amens in morte absolventus est, si ante amētum signa Contritionis adhibuit. Hec ille.

Si vero à me queritur, cur potius requiriatur virtualis intentionis confidiendi Sacramentum, quam virtualis dolor: Respondeo; quia intentionis ministri est quasi causa efficiens Sacramenti, sine qua nec materia, nec forma ullum possunt habere effectum; adeoque ad minus virtualiter debet adesse, dum Sacramentum conficitur; at verò dolor, ut dictum est, solùm requiratur ex parte sufficiens, idque non per modum causæ efficiens, seu aliquis influens, sed tanquam quid prerium ad ipsum Sacramentum Pœnitentia, quod essentialiter & propriè consilit in sola forma; ac proinde videtur sufficere quod dolor aliquando fuerit, & non sit retractatus; sic enim potest sufficiens Confessionem reddere dolorofam; & aliunde sufficit intentionis habitualis sufficiendi Sacramentum, & Confessio habitualis; quidnam similiter dolor habitualis?

Plane sufficere existimat Arriaga disp. 37. n. 15. ibi: Absolutè ego judicarem, per accidens omnino se habere in hoc puncto moralum temporis; nam licet in aliis Sacramentis requiratur conjunctio aliqua inter formam, & materiam; quia ipsa forma significat qualis de presenti materiam: ut cùm dico: *Ego te baptizo*; non enim id verè dicitur de presenti, si baptismatio ipsa fuit heri: idem in Confirmatione, Ordine &c. At in Sacramento Pœnitentiae Absolutio nihil penitus dicit de presentia actuali Confessionis, & doloris, sed solùm: *Absolvo te à peccatis tuis*; subintelligitur autem, quæ confessus es: utrum vero Confessio illa sit præfens, nec ne, non dicitullo modo ea forma.

Et

135. Cur magis requiratur virtualis intentionis thanatio quam vir- tualis dolor.

136. Semper in Arriaga.

Et sanc*t*e cūm in judiciis humanis sēpē sententia feratur diū post accusationem, & post processum factum, nec constet Christum in hoc punto quidquam mutatae in hoc Sacramento, non video, cur ea longa precessioni impedit, nisi forte quia possunt interponi peccata aliqua gravia, qua*m* morale illam doloris durat*ion*em interrumpant. De hoc autem inconvenienti*t* testis erit ipse pœnitent*s*, qui scire optimè poterit, an ea peccata commiserit, nec ne*s* enim commis*s*, tenebit sine dubio dolorem renovare, si non commis*s*, habebit locum totu*r* noster discursus. Hac ille.

Si hac sententia cuiquam non placeat, rogo ut quisquis ille est, assignet nobis certum tempus, aut certam morulam temporis, qua*m* absolute impedit connexionem materiæ & formæ in hoc Sacramento, & per consequens validam Absolutionem.

137.

Dices; si hac sententia foret vera, sequeretur eundem dolorem, immo eandem Confessionem de iisdem peccatis, posse subservire pluribus Absolutionibus. Respondeo:

### CONCLUSIO VI.

Unus dolor subservire potest dupli*c* Confessioni, maximè de diversis peccatis; probabiliter etiam de iisdem.

138.

**L**oquitur Conclusio de dolore moraliter tantum perseverante; nam si physicè severet tempore utriusque Confessionis, non videtur dubitandum de valore utriusque Absolutionis, cum ille dolor aequivalat pluribus actibus numero distinctis; sicut hæc forma Absolutionis: *Ego vos absolvō à peccatis vestris*, aequivalat pluribus formis numero distinctis, ut omnes habent pro indubitato. Si ergo plura Sacraenta Pœnitentia non requirunt pluralitatem physicam formarum, ex quo probatur, quod requirant pluralitatem physicam materiarum seu Contritionum? Nonne si Deus reproduceret eandem numero ablutionem, ipsa esset valida materia novi Baptismi? Non est qui ambigat. Quare? Quia aequivalat distinctæ numero ablutioni.

Cafus itaque prime partis Conclusionis, & satè frequens: si quis oblitus fuerit confiteri aliquid peccatum, de quo ante doluit, & datâ Absolutione, meminit illius, queritur, an debet elicere novum dolorem, ut valide absolvatur. Multi videntur supponere, necessarium esse novum dolorem; aiunt enim quamvis materia remota possit deservire pluribus Sacraentis, non tamen proxima, qualis est Contritio. Sic namque super Hostia jam con-

secrata non licet repetrere formam Confessionis, & super eadem ablutione non licet repetrere formam Baptismi; ergo nec super eadem Contritione repetrere formam Absolutionis.

Contrarium, inquit Alii, suadet communis praxis Confessoriorum, qui tali calu*m* non solent admonere pœnitentes de renovando dolore, quamvis unus vel alijs forte id faciat. Eadem praxis est in moribundo, qui proprii instanti mortis periculum absolventur est, auditio uno vel altero peccato, & deinde prosequenda est Confessio de alijs; tunc enim non solet postea cogi ad renovandum dolorem post primam Absolutionem, sed absolvitur secundò ab alijs peccatis, ex vi prioris doloris moraliter permanentis.

Rufus in eo calu*m*, quo aliquis propter peccata reservata dimidiare potest Confessionem, confitendo Superiori sola reservata, qui alia audire non vult, & deinde inferiori eadem cum alijs; tunc enim, juxta communissimam sententiam, datur duplex Absolutio Sacramentalia ilupra eamdem Confessionem, quæ partim fit cum Superiori, partim cum inferiore. In quo calu*m* nemo dicet, pœnitentem teneri ad habendos duos actus doloris, si prior dolor extendebaratur ad peccata reservata, & prior reservata. Ergo nec in calu*m* Conclusionis debet repeti dolor, cum prior se extenderet ad peccatum, cu*m* oblitus fuit penitentis in Confessione, & quod additur in secunda reconciliatione. Ita Lugo disp. 14. n. 27.

Sed contra ultimum cafum; perperam videatur afftere Eminentissimus, tunc eandem Confessionem fieri Superiori & Inferiori, cum nulla omnino sit obligatio confitendi peccata reservata inferiori, quando antecedenter penitentis ab illis sacramentaliter est absolvatus à Superiori. Quidquid finit fundamento affectus Henriquez lib. 6. q. 15 §. 5. ubi sic ait: A multis reservatis per Superiori absolvatos, tenetur certissime confiteri cum ceteris simul praedicta reservata, quia Christus jubet, ut uni Sacerdoti manifeste simul omnia peccata, ex quorum conculu cognito, pended tecum iudicium & remedium. Nec inconvenit, sed necesse est ex Christi precepto, ut reservata interdum non uni tantum, sed duobus sine manifestanda. Sic in iudicis causa quandoque eget sententia inferioris & superioris tribunalis; quare falsò Quidam putant, si res efficiuntur postea inferiori non reservata. Huc usque Henriquez.

Sed, at dixi, planè gratis; immo falsò, si tenuerunt est, quod ipse docet §. preced. Superiori absolvere sacramentaliter à multis peccatis reservatis. Constat enim (ut oris Tridentini fess. 14. c. 5.) nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exig*s*, quam ut, postquam quicunque diligenter se excusaverit, & consciente sua finis